



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Noremburgæ, 1523

VD16 K 320

89 Qvemadmodvm Sepultvrae Ivs Qvibusdam mortuorum cadaueribus,
magno sit ęre redimendu[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

opibus abundant, auro venalia sunt; reliquis vero quibus minimum suppetit nummorum, & iniquus est Plutus: ille diuitiarum deus; non impartuntur, sed penitus denegantur.

QVEMADMODVM SEPVLTVRAE IVS QVI
busdam mortuorum cadaueribus, magno sit cre redimendū.

Papalibus statutum est canonibus, vt is dumtaxat publi³⁹
ci iuris ecclesiastica denegetur sepultura, quos manifestis &
plane notorijs, mortalibus, vt vocant, peccatis, ex commu-
ni hac mortaliū sorte, absq; dominici corporis, sanguinisue
participatione migrasse compertum fiet. Verum ecclesiastici
non animaduersis talibus Pontificum decretis, forte fortu-
na, aqua suffocatos, gladio, ruina, vel incendio occisos, iugus-
latos, atq; vita casu functos, etiamsi non pateat, peccatis mor-
talibus obnoxij decesserint, necne, in ecclesiasticam tumulas-
re sepulturam, nō permittunt, quousq; tam iniquo fato mor-
tuorum vxores, liberi, amiciue, ab ipsis cimiterium non mo-
dico aere comparauerint.

VT PLERIQVE ECCLESIASTICI VITAM

laicam, planeq; rixosam agant.

Nec minus etiam Germanis molestum est, q̄ potior par²⁰
rochorum sacerdotum, monachorum, aliorumq; ecclesiastis-
corū pars, in diuerforijs, stabulis ac choreis, populorum tur-
bis se immiscent, in plateis item habitu minus decenti, vtpu-
ta gladijs, vestibusq; ludicris; praeterea rixis, iurgijs, litibus,
altercationibus laicos ad iram, & consequenter ad arma pro-
uocant, vulnerant, nonnunq; etiam confodiunt. Dein excom-
municationis fulmine miseros illos laicos, vel quos leserūt,
eousq; diuexant, quousq; ad libitum suum laici se cum his
composuerint.

Item in locis plerisq; episcopi, & eorum officiales non
solum sacerdotum tolerant concubinatum, dummodo cer-
ta persoluantur pecunia, sed & sacerdotes continentēs, & qui